



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER  
EOBANVM || HESSVM.||**

**Hesus, Helius Eobanus**

**Lipsiae, 1557**

**VD16 B 3198**

Psalmvs CXI. Confitebor tibi Domine in toto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](#)

Quidam sic ex  
ponit, Detor  
rente bibet,  
hoc est, patiet,  
atq; hæc sente  
ria cōmodior  
est, ut coniun  
gantur Christi  
humiliatio, &  
glorificatio, sū  
cut Esa. liij.

Ille tuo late regnans caput auferet hosti,  
Nobilis excisum de ditione soli.  
Torrentes fuso manabunt sanguine riui,  
Rubraq; de cæsis hostibus unda fluet.  
Propterea sese extollens super omnia uictor,  
Sidera sublimi uertice summa petet.

## PSALMVS CXI.

Confitebor tibi Domine in toto.

## ARGUMENTVM.

Est gratiarum actio pro beneficijs popu  
lo Israel exhibitis. Recitat autem non modo  
beneficia Dei, quod pauerit populum in de  
serto, quod dederit terram Canaan, sed eti  
am noui Testamenti meminit, quod æter  
num Testamentum est, & redemtionis per  
Christum factæ.

Hoc insigne melos agni Pascalis ad esum

Est solitum populo non residente, cani.

Scilicet Aegypti memor, hoc ut carmine grates  
Diceret, accepti lœtus honore boni.

Halleluia.

## Propositio.

\* Narratio, quæ  
cōtinet causā  
positionis, ac  
primo comme  
morat liberati  
onē ex Aegyp  
to qua sibi hūc  
populum affe  
guit.

TE Deus autorem uitæ rerumq; suarum,  
Hic animus cauſsam, cur fateatur, habet.  
Quas tibi non falſo promam de pectore laudes,  
Illarum populi concio testis erit.  
\* Res facit omnipotens magnas, opera omnia magna  
Quæ facit excelsa conditor ille manu.

Atq; ea quisquis amat qui perscrutabitur, illi  
Nota uoluptatem deliciasq; ferunt.

Laude



P S A L T E R I V M.

255

Laudē & bonore Deus fecit omnia digna, nec unquā Cultus Dei &  
Iusticiæ poterit non memor esse suæ. uerbum.

Ipsius celebrat memor cetas omnis honorem,  
Tamq; piy Domini facta stupenda canit.

Hunc quicunq; timent, his larga alimenta ministrat,  
Et dat ab hostili munera rapta manu.

Scilicet ista suæ repetens pia fœdera pacis,  
Irrita promissi non finit esse sui.

Quām sit terribili metuendus ad omnia dextra,  
Ipse suo populo maxima signa dedit.

Cum detracta suis spolia hostibus, omnia quondam  
Diuidet populo, cœu sua dona, suo.

Omnia firma manu fecitq; & uera potenti,  
Illius haud unquam iussa perire queunt.

Hec sunt perpetuis non interitura diebus,  
Ex uero siquidem condita firma manent.

Libera iura suis nūssæ tulit ipse salutis,  
Et pacti statuit fœdera longa sui.

Cuius & est omnes metuendum nomen in annos,  
Et quo nil usquam sanctius esse potest.

Iure timor Domini sapientia prima uocanda est;  
Felices quorum cordibus ille sapit.

Perpetua siquidem præconia laudis habebunt,  
Pectora qui talis plena timoris habent.

Victus datus in  
deserto.  
Terra Canaan  
data uictis gen  
tibus.

Epiphonema,  
quo claudit bē  
neficia ueteris  
Testamenti.

Noui testamen  
ti beneficium  
Christus, qui  
est redemptio  
populi.

ἘΩΙΦΩΝΗΔΑ

P S A L M V S C X I I .

Beatus uir qui timet Dominum.

A R G U M E N T V M.

Hortatur ad timorem Dei, & beneficen  
tiam